



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Mala mors monachi Aegyptij, qui habitare voluit in cella Euagrij hæretici.
Capvt CLXXVII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

Mala mors monachi Aegyptij, qui habitare voluit in cella Euagrii heretici.

C A P V T C L X X V I I

DICEBAT Abbas Ioannes Cilix comitantibus nobis in Nono Alexandria: Venit ad nos Aegyptius monachus, narravitque nobis dicens: Ad monasterium cellularum frater ex longinqua regione peruenit, volens ibi habitare, prostratusque Presbytero orabat, ut in Euagarij cella moraretur. Presbyter autem dicebat non posse eum illic habitare recedensque Presbyter ait fratri: Fili, dæmon acerrimus illic habitat. Qui enim seduxit Euagrium, & à vera fide remouit immisitque illi scelerata dogmata, ille non permitit aliquem ibi morari. Frater autem persistebat dicens: Profecto si hîc maneo, in illa moraturus sum. Tunc Presbyter coactus dixit ei: Iudicio tuo vade, & eam accipe. Sedit igitur frater in cella una hebdomada. Venienteque Dominico die, perrexit ad sanctam Ecclesiam. Videns autem illum Presbyter consolatus est. Sollicitus enim pro illis erat. Veniente autem alio die Dominico non venisset ad Ecclesiam. Cumque illum non videret Presbyter, misit duos fratres, ut viderent, cur non venisset ad Ecclesiam. Qui venientes ad cellam inuenerunt fratrem iniecto fune seipsum suffocasse.

Stupendum miraculum. quo docemur, non solum hereticis non esse communicandum, sed etiam in omnibus, in quibus habuauerunt aliquando, communitiorum sententiam, ne Deum tentare velle videamur, non esse habitandum.

Vita senis cenobij Sclarium viri simplicis.